



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXXXV. Cùm a[utem] resurrexisset Iesus, mane primo die hebdomadæ, apparuit primùm Mariæ Magdalenæ ex qua eiecerat septem dæmonia. Illa profecta renuntiauit ijs qui cum ipso fuera[n]t, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

ma Cena Dominus dixit. Nihil ergo est, quod Christum Iesum à nobis alienare possit, modo scilicet scintillam seruemus. Reuera enim is est, qui arundine quassatam non conterit, & linte sumis non extinguit. Et cum ipse nostras infirmitates sustinuerit, nobis condolare potest, & compari. *Hebr. 2. &c.*

Mulieris timor. Addit his in fine Marcus quadam de mulieribus. Tunc (inquit) abeunt: eisdem fugerunt: connumento: habebat enim eas tremor & stupor, neq. cuiquam quicquam dicebant. (Inter eundem licet, donec ad discipulos ventum esset, quibus omnia fide bona narrauerunt.) Timebant enim: licet hæc (vt nuper diximus) humane infirmitatis argumeta, qua fit, vt gloria celestis splendor em ferri non possimus. Extant huius generis exempla in prophetis & Apostolis passim, quæ eorum ambrosam eomeritate arguunt, qui reuelationibus diuinis gloriantur, quales fere sunt Monachi & Anabaptista; qui vel eo iudicio probant, se à sanctorum moribus esse alienissimos, quos suam infirmitatem faseri non pudet, nec ita ambiciose apparitiones eiusmodi iactant.

Dan. 10. Matth. 17. Apoc. 1. &c. Et hæc in resurrectione Christi Iesu historiam dicta sint. Proderit autem istorum consideratio, si ex ijs Christum peccati & mortis victorem agnoscamus, & beatam immortalitatis ac future resurrectionis spe extimulati, peccato moriamur, ad vitam vero nouam & Deo sacram resurgamus in eodem illo Iesu Christo, Domino & saluatore nostro: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A CXXXV.

Cum autem resurrexisset Iesus, mane primo die hebdomada, apparuit primum Mariæ Magdalena ex qua eiecerat septem demonia. Illa profecta renuntiauit ijs qui cum ipso fuerat, lugentibus ac flentibus. Et illi cum audissent quod uiueret, & spectatus esset ab ea, non crediderunt.

Argumenti & usus presentis loci. **Q**uoniam resurrectio Christi nostræ redemptionis complementum est, & simul nostrorum corporum resurrectione asserit, quæ vt à carnis sensu nõ facile percipitur, ita si verè percipiatur & credatur, nostræ institutioni & consolationi plurimum seruire non eomerè illam multis & uideribus testimonijs probari oportuit. Et hic quidem Euangelista alij alias historias describit, vt modo his, modo illis se se conspiciendum exhibuerit: vt hæc omnia in vnum collata huius articuli fides magis confirmet. Marcus vero etsi breuitati studeat, ex omnibus tamen tres deligit, quibus partim docet, Christum vero suo corpore à mortuis resurrexisse, & post resurrectionem vtri corporis proprietates retinuisse, partim in discipulis nostræ tarditatis exempla proponit, vt hæc agnita ad ardentius salutis studium excitentur. Nobis vero istorum omnium hic usus esse debet, vt per illum impleta esse intelligamus, quæcumq. olim de humani generis redemptione prædicta fuerunt, & præinde ipsum Iesum vnice esse redemptorem, quo vno nri oporteat omnes eos, qui salutem consequi cupiunt.

Christus Magdalena manifestatur. Primum Mariæ Magdalena occurrit Christus, & quidem summo mane eius diei, quo à mortuis resurrexerat. Historia per singulas partes diligentius Ioannes exponit. Quamvis vero ex Mattheo colligere licet, eodem diluculo non multo post mulieribus omnibus quæ ad vngendum corpus ipsius venerant, se obuium dedit, & cum illas saluasset, præcepit, vt suam resurrectionem discipulis nuntiarent, quos (vt nuper diximus) fratres suos dicere dignatur. Marcus vero & Ioannes solum Magdalena meminerunt, quia huic prima visus est, & in illa peculiare bonitas diuine pietatis eluceat. Et huc facit persona descriptio, quæ docetur, quæ antea huius cõditio fuerit. Ex qua (inquit) septem demonia eiecerat. Septem demonia in manu diaboli tyrannidem denotant, quæ illam oppresserat, vt in illa non vnus modò demon, sed multi & innumeri dominium obtinere videri possent, sicuti de illo scribitur, quem tota legio demoniorum exagitauit. Scimus enim septenaria numerum in scripturis perfectionis aut plenitudinis notã esse, & apud prophanos quos scriptores non raro numerus finitus pro infinito usurpatur. Et ipse Christus infelicissimam & deploratam eorum conditionem descripturus, qui per suam socordiam in diaboli seruitium relabuntur, spiritum immundum, qui ex illis pulsus fuerat, assumptis septem alijs demonijs se multo deterioribus ad illum redire ait, &

Magdalena prior cõditio. **Marc. 5.** **Matth. 12.**

resum à nobis alimare possit, ut
atam non conserit, & laici p
bis condolere possit & conq
(inquit) abuentis cito p
quicquam dicebant. (Inter
a narrauerunt.) Timor
a sit, ut gloria callestis p
Apostolis passim, quae ser
cur, quales ferè sunt. Mem
esse alienissimos, quos suam
di sacrificant.

Proderit autem istarum cogitatio
& beatam immortalitatis ad p
nonnam & Deo sacra respici
etur benedictio, bonorum, & p

CXXXV.

die hebdomada, apparuit
septem daemona. Illa pro
gentibus a clentibus. Et illi
et ab ea, non crediderunt.

plementum est, & simul colorem
facile percipitur, ut si vere peccat
uit: non temere illam multum & mo
sta alij alias historiarum descriptio, &
nia in vnum collata hanc articulo
inibus eamem tres deligit, quos per
host resurrectionem verè corpore p
la proponit, ut bac agna ad ar
sus esse debet, ut per illum imp
predicata fuerunt, & primum v
os, qui salutem consequi cupi
dem summo mane eius diei, qui
oannes exponit. Quamvis verò et
bus omnibus qua ad regendam
cepit, ut suam resurrectionem d
nauerit. Marcus verò & Lucam
illa peculiare bonitas diuina
ta huius cōditio fuerit. Ex qua
tyrannidem demorat, qua illi
meri dominium obtinere vide
uit. Scimus enim septem dāmon
orophanos quos, scriptores mo
issimam & deploratam eorum
m relabatur. Spiritum immensum
tulo decerioribus ad illum redit

tunc postrema illorum hominum primis deceriora fieri. Dum ergo Magdalenam septem demonijs
aliquando exagitata fuisse scribitur, illam omnibus modis infelicissimam, & turpissimum diaboli
mancipium fuisse innuitur, cui eam corpore quam animo seruerit. Vnde pleriq; eam peccatricem il-
lam infamem fuisse existimāt, quae Christi pedes lachrymis abluisset & capillis terisset apud Lucam
scribitur, cum ille apud Simonem quendam Phariseum discubisset. Quorū sententiam ut audacius
retere nolim, ita nec temere ausim affirmare, quod Euangelista non expressit: nec causam video vl-
lam qua Lucam mouerit, ut nomen Magdalena illic reciteret, quum illam mox sequenti cap. inter
eas numeret, quae Christo comites indiuisse fuerunt. Sufficiat nobis eam fuisse illius conditionem, ut
plane negligi mereretur, & ut Christi illius nō immerito pudere potuerit, nisi gratia singulari illius
misereri voluisset. Quae vnica causa fuit, quod ex Sarana tyrannide liberatam inter suos familiares
habuit, & nunc primam esse voluit, cui se resuscitatum visendum exhiberet.

Agnoscamus hic immensam Dei bonitatem, qua ille peccatores eos quos in gratiam recipit, quos
rum salus omnino deplorata videri poterat: & proinde non statim desperemus, si quando nos ex auius
labi contingat. Nam ut Iacobus ait, in multis labimur omnes, nec vnus modo demon suum in nobis
imperium exercet, dum modò ambitionis spiritu inflati turgemus, modò inuidie & odij spiritu arro-
dimur, modò intemperantiae spiritu obruimur, modò libidinis spiritu in scortationis cenam precipi-
tamur, modò ira aerepti insanimus, ita deniq; affectibus vexamur ut nulla purioris cognitionis Dei
indicia appareant. Imò ea est naturae nostrae corruptio, ut iustitiae nostrae centonum instar sint, et in-
star panni menstruae mulieris. Digni ergo quos non modò negligat Deus, sed aeternae damnationi man-
cipet, si suo iure nobiscum agere instituat. At hic primum illud occurrat, quod in Psalmis habetur: Psal. 63.
Ratio iniquitatum nostrarum superauerat nos, tu verò transgressiones nostras expiauiti. Est enim
Ratior multo & profundior fons misericordiae Dei, quam ut a quoquam exauriri queat: & illius
promissio est: Vno ego, nolo morte peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Nec misericordiae modò
immensa est Deus, verum etiam potentiae inuidiae et insuperabilis, ut nec ipse porta inferorū eos à salute
prohibere possint, quos Deus & peccatorū laqueis liberatos vult. Huius opus est, quod Abrahamus,
cum iher idololateras versaretur, relicto natali solo, salutis promissione acciperet. Idem Mosen au-
reis aulicis vitae compedibus vincitūm eduxit, ut cum fratribus potius omnia aduersa periret, quam
cum impijs ecclesiae hostibus voluptuari veller. Imò cum hoc Israelitas omnes ex Aegyptiaca serui-
tute afferuit. Eiusdem potentia Lothum seruauit, ne vel scelerata Sodomorum conuersatione pollue-
retur, vel eū illis eodem supplicio periret. Simili gratia & virtute Dauidem cruento libidinis caeno
immersum extraxit, Marthaeum item & Zachaeum vna cum multis alijs publicanis & meretrici
bus ex faeda flagitiorū seruitute afferuit. Quibus & nostra haec Magdalena adnumeratur cum mul-
tis alijs, quorum exempla commemorare longum foret. Nobis autem (ut supra diximus) in eum fi-
nem obseruanda sunt, ut ex ijs consolationem petamus, si quando peccatorum conscientia tentamur,
& ignitis desperationis telis satan fidem nostram expugnare conatur: nec etiam de aliorum salute
statim desperemus, quos satanae laqueis aliquando derineri cernimus.

Ne verò ista consideratio impunitatis spem in nobis excitet, & peccandi licentiam pariat, in
Magdalena exemplo simul videre oportet, quid illa fecerit, postquam Christi beneficio ex diaboli po-
restate fuit liberata. Primò Christum secuta est, & illi comes indiuisa adhesit, licet multa essent,
quae ne istud faceret, impedire poterant. Sequitur autem non otiosa, & ut hoc praetextu suae ignauiae
& gula consulas, ut qui hodie sub religionis praetextu monasticam vitam delignant: sed Christo in ser-
uit, & in illum confert facultates, quas vel malè adquisuerat, vel quibus antea ad libidinem & vo-
luptates illicitas fuerat abusa. Adhuc ne mortuo quidem Christo illius quarendi studiū abiecit. Et
nunc iubenti ut discipulis renuntiet quid viderit, absq; vlla tergiversatione obtemperat, nec carnis
rationes admittit, qua diuersum poterant suadere. Quid rine prima eris eius rei nuntia, quae ut vix
vili credibilis videbitur, ita sacerdotum animos rabio noua accendere poterit? Aut verum est quod
vidisti aut inanis & vana mentis sollicitudo & consternatio illius? Si verè resurrexit Dominus, non
deerunt infiniti alij modi, quibus sese manifestet, & quidem maiori cum fide. Quis enim credat sa-
mine? Quis in re tanta fidem illi adhibeat, cuius fama ob vitam malè & infeliciter transactam ad-
huc apud multos periclitatur? Quod si haec illius quaedam fuerit, quibus ludibrij re ipsam simul &

Bonitas & po-
tētia Dei in sub-
saluandis.
Iacobi 3.

Psal. 63.

Ezech. 18.

1os. 24.

Gen. 12. & 60

Hebr. 11.

2. Sam. 12.

Mat. 9.

Luc. 19.

Magdalene cō-
uersio.
Luc. 18.



et fidem expones, quam hucusq; es professus. Hac et alia huius generis in finem in mentem venire poterunt, quo minus Christo obediret. Sed omnibus hisce rationibus contemptis fidele illi obsequium prestat. Et hac sunt eorum officia, quos Christus ex diaboli tyrannide liberatos ad sese conuertit. Sequantur illum, partim fide, ut in illo vno salutem omnem contineri credant, partim vita conversatione, ut relictis prioribus studijs Christi exemplum sibi imitandum proponant. Seruicio tunc ipsi et suas facultates omnes conferant. Illum assiduo verbi studio ac precibus indefessis querant, nolunt autem vero eius obtemperant, et huic subijciant sensus omnes vna cum rationibus omnibusque vel mundus hic, vel satan, vel caro, in diuersam partem adducere consueverunt. Hac sunt fidei exercitia, que in omnibus ijs inuenire licet, quos scriptura nobis fidei nomine commendat. Hic fidem multi profitentur, ac si ista querat, vel nulla, vel perquam rara et obscura inueniant.

Vt discipuli Ma Porro discipulos videamus, quibus mulieres iste Christum resuscitatum nuntiare iubentur. **gdalene nuntii** fident illi lugentes et stentes. Pius quidem dolor, sed non secundum scientiam. Debet enim in Christi resurrectionem intenti fuisse, quam ille toties promiserat, et qua illos in vltima Cena iuratus consolatus. Sed tam alieni sunt ab ea cogitatione, ut ne mulieribus quidem credant ea dicentibus que

ex Christo sepius audierant. Imo, ut Lucas annotat, verba illarum pro delirij habent, aut fabulis anilibus. Quo exemplo adumbratur, quod sit carnis nostre iudicium de resurrectione. Est enim eius exempla passim exent in rerum natura, carni tamen vix possibile videtur, ut resurgat, qui semel hac vita defuncti fuerunt. Differunt tamen hic multum p; ab impijs. His enim, cum nihil prater carnalia sapiant, resurrectio mortuorum profusa fabula videtur, et omnem eius mentionem rariliter ridet, sicuti Atheniensium et Festi presidis exemplo Lucas in Actis docet. Et hoc multo

1. Cor. 15. rum scurrilia dicta passim audiuntur, qui omnia ea in dubium vocare satagunt, que de beata immortalitatis spe et corporum resurrectione ex scripturis docemus. At longe alia est p;orum ratio, qui etsi interdum ignorantia decepti errent, aut cruce offensi nonnihil dubitare incipiunt, adeoq; mentis aborsum interdum promissionum vita futura ad tempus obliuiscantur, manet tamen in illis vitellius promisse desiderium, et verum esse cupiunt quod de illa dicitur, et proinde institutionem admittunt, sicuti perpetuo cum dubitatione et diffidentia luclantur.

Act. 17. et 16. **Petrus ad sepul** Est hoc in Petro videre, qui (ut idem Lucas scribit) etsi mulierum verbis fidem non satis habuit, **ebri excurre.** mox tamen cum Ioanne, dilecto Christi discipulo, ad sepulchrum excurrens, illud ipsum ingrediatur, linthea queq; suo loco posita inuenit (quod nouum erat Christi resuscitati, non furto sublatis, argumentum) adhuc tamen stupore et admiratione impeditus, rem ipsam, ut erat, non potest intelligere. Et

autem diligenter obseruanda, hac nostra carnis tarditas, ut huius consideratione ad studium sentis ardentius excitemur, nec superuacaneam putemus institutionem, quam nobis Deus quocumque vult adhiberi. Si enim hoc tanto Apostolo in re tanti momenti et toties a Christo promissa accidit, quid de nobis sperabimus, quorum infirmitas maior est, quam ut illi simus vlla ex parte conferendi? Interim Petri exemplo discamus, quid eos deceat, qui aliquando per infirmitatem lapsi sunt. Hic illis studiorum omnium scopus sit, ut Christum denuo inueniant, et illi coniungantur. Et hoc, si relictis ijs, qui ipsis lapsus auctores fuerunt, ad ecclesiam redeant, cui Christus se presentem semper fere pollicitus est, et in qua (ut David inquit) nidum inueniunt, qui aliquando passerum et dimittuntum instar sunt vagati. Hic verò festinatione opus est, ne carnis rationes admittant, que in ipsi qua ad Dei gloriam et animarum salutem faciunt, mirifice cunctari solet. Ingredientur autem sepulchrum Domini, id est, diligenti et seria mortis ipsius meditatione occupati carnem suam et membra terrestria mortificent, et relictis peccati inuolucris omnibus, in illo ad vitam nouitatem resurgant. Et hac quidem in presentis historie expositionem dicta sint. Faxit Deus, ut laza resurrectionis sue confirmati, aduersus omnes tentationum fluctus intrepidè luclentur, et celestis felicitatis portum ingrediamur per Christum Iesum Dominum nostrum, cui debetur benedictio, honor, gloria et potestas in eternum. Amen.

Psalm. 84.

Colof. 3.

Rom. 6.

H O M I L I A C X X X V I .

Postea autem duobus ex ipsis ambulantibus apparuit alia forma, cum rus proficiscerentur. Et illi abierunt, ac renuntiauerunt reliquijs, qui ne illis quidem crederunt.